

45. Passio est qualitas facile transiens, quæ vel sensum unicum externum, vel appetitum sensitivum afficit, ut: Pallor ex timore ortus, aut in appetitu sensitivo ira, qua facile transit.

46. Dicitur 1. qualitas. Licet enim Aristoteles lib. categ. c. 8. passiones neget esse qualitates, intelligit tamen non qualitatem absolute, quasi hæc passioni non possit tribui, sed intelligit qualitatem patibilem, quæ diutius manet, & à quâ aliquis potest diutius appellationem habere, & hoc vult, quod passiones non sint qualitates diutius manentes, & à quibus aliquid diutius denominari possit. Nam ut bene monet Ammon. ad cap. 8. categ. ἡ μεταβολή, non expectat hæc mutatio appellationem, h. e. vix durat hæc mutatio, dum verbis eam eloquaris, seu, ut quis vel aliquò saltem modò ab eâ denominari queat.

47. Dicitur 2. facile transiens, quod ex dictis facile intelligitur. (Per hæc verba, ut patet, passio distinguitur à patibili qualitate, quippe quæ non ita facile transit.

48. Quartam denique speciem qualitatis constituunt forma & figura.

49. Latet autem in voce forma ambiguitas